

APPENDIX.

Referuntur præcipui Canones Pœnitentiales secundum ordinem Decalogi, ex variis Conciliis, & libris pœnitentiariis collecti in Instruktionem S. Caroli.	101
Circa I. II. Præceptum.	ibid.
Circa III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. Præceptum.	102
CAP. II. De forma Sacramenti Pœnitentiæ, seu Absolutionis.	104
CAP. III. De Ministro Sacramenti Pœnitentiæ.	105
ART. I. De potestate requisita in Ministro Pœnitentiæ.	ibid.
ART. II. De casibus reservatis.	110
ART. III. De Obligationibus Confessarii.	113
CAP. IV. De Sigillo Confessionis.	125

APPENDIX.

De Sollicitatione.	130
Constitutio Benedictus Episcopus.	ibid.
Declaratio super Constitutione &c.	136
Decretum contra sollicitantes, & Sacrificio Missæ &c.	137

APPENDIX.

De Indulgentiis.	138
Decretum de Indulgentiis a Sac. Cong. editum auctoritate SS. D. N. CLEMENTIS XIII.	139

APPENDIX.

De Orientalis Ecclesie circa Pœnitentiam disciplina.	140
--	-----

§. I. De iis, quæ ad materiam spectant.

141	
§. II. De Forma.	143
§. III. De ministro Pœnitentiæ.	144

TRACTATUS

De Extrema Unctione.

Quæstiones aliquæ de Extrema Unctione. 148 & seq.

APPENDIX.

De Orientalis Ecclesie circa Extremam Unctionem disciplina.	153
§. I. De Materia.	ibid.
§. II. De Forma.	154
§. III. De Ministro.	ibid.
§. IV. De Extrema Unctionis subiecto.	155

TRACTATUS

De Ordine.

Quæstiones variæ de Ordine. 157

APPENDIX.

De universe Orientalis Ecclesie circa Ordinem disciplina.	159
§. I. De numero Ordinum, quos Orientales admittunt.	ibid.
§. II. De materia, & forma.	162
§. III. De Ordinandorum ætate, de aliis quæ ad rite suscipiendos Ordines desiderantur, deque obligatione Ordinibus adnexa.	164
§. IV. De Ministro.	167



TRACTATUS

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

CAPUT PRIMUM.

De natura Sacramentorum Novæ Legis.

Quæst. I.



uid, & quomplex est Sacramentum?

Resp. Sacramentum genericè sumptum, est signum sensibile gratiæ sanctificantis permanentè a Deo institutum. Sacramentum vero novæ Legis est signum sensibile, permanentè a Christo institutum ad significandam & producendam gratiam sanctificandam item ex opere operato: unde in eo maxime differat a Sacramentis antiquæ Legis, quod hæc non cassantur gratiam ex opere operato, sed tantum illam significant nobis dandam per Passionem Christi, ut docet Concil. Florentinum.

Sacramenta novæ Legis sunt septem, non plura nec pauciora, videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentiæ, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium. Conc. Trid. sess. 7. can. 1.

Quæst. II. Quibusnam Sacramenta essentialiter perficiuntur?

Resp. Omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, & persona Ministris conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia quovis si aliquid desit, non perficitur Sacramentum. Conc. Florent. in decreto de Sacram. & constantiam ex Traditione, & perpetua praxi Ecclesie.

Porro materia Sacramenti dicitur id quod in Sacramentis Theol. Moral. Tom. III. P. I.

eramento minus perfecte significat ejus effectum: unde debet determinari per aliud ad eum perfecte significandum. Materiam remota est res, nempè remota, & proxima. Materiam remota est res, quæ adhibetur, ut aqua in Baptismo. Proxima est usus seu applicatio talis rei, ut ablutio. Forma vero est aliquid sensibile, quod clarior effectum Sacramenti indicat & determinat, ac perficit significationem materiæ obscuram, nec satis determinatam. Verba autem strictè sumpta, seu vocalia, sunt forma essentialis in omnibus Sacramentis, saltem præter Matrimonium, quod juxta communem sententiam potest perfici sine benedictione Sacerdotis, sed sola scriptura, vel nudo exprimente mutuo consensum, quæ sunt verba virtualia, in quantum sunt expressiva consensus, & sufficient in contractibus; quia, cum hoc Sacramentum consistat adæquate in contractu matrimoniali, quem Christus exivit ad esse Sacramenti, nihil ad ejus valorem requiritur, nisi quod ad legitimum contractum necessarium est. Unde in decreto citato dicitur Matrimonium effici mutuo consentium consensu regulariter per verba de presenti expresso. Aliud est de cetero aliis: ut constat ex Traditione, & praxi Ecclesie.

Quæst. III. Qualis unio inter materiam & formam requiritur ad valorem Sacramenti?

Resp. Requiritur utriusque coexistentia, seu similitudo moralis, quæ secundum significationem verborum formæ, & qualitatem actionis, per quam Sacramentum fit, sufficiat tum ad veritatem formæ; tum ut verba consentiant cadere super talem materiam, & cum illa unum totale signum constituere. Sic in Baptismo requiritur talis conjunctio, ut dum

actualis requireretur, Sacramenta seipsum forent...

Quest. III. An ad valorem Sacramenti requiratur intentio directa, absoluta & determinata?

Nota. Intentio directa est ea, qua aliquid immediate & secundum se volumus. Talis est intentio illius, qui vult praescribere baptizare.

Resp. 1. Requiritur intentio directa. Quia actio sacramentalis debet esse adio moralis ac libera in se, & debet humano modo poni: non ponitur autem humano modo, nisi ponatur ut intentionis libera & directa.

Resp. 2. Intentio faciendi Sacramentum sub conditione non sufficit, nisi conditio posita sit, prout quae forma applicetur materia, ita ut iam transeat in absolutam, vel illi aequivalet.

Hiic conditio de presenti, vel praeterito apposita intentioni, irritat Sacramentum; unde hic & nunc non facti. Sed nec deserta materia & forma. Neque enim minister potest usque ad futurum eventum suspendere significationem materiae & formae, nec proinde efficaciam Sacramenti, cum utraque a sola Christi institutione pendat.

Nota. Non licet, nisi in necessitate, conferre Sacramentum sub quavis conditione etiam de praesenti & praeterito, etsi posita: quia hoc est contra usum Ecclesiae, & contra reverentiam Sacramento debitam.

nam est quadam negatio. Ad licet in dubio prudenti de valore Baptismi, ex ca. 2. de Bapt. 2. Valet tamen Sacramentum, excepto Matrimonio, si error sit solum specialitatis circa personam; v. g. si absolutus Petrum putans esse Paulum, quia ordinarie est & semper esse debet intentio conferendi Sacramentum persone praesenti: quam proinde intentionem servare quique censetur, nisi cum expresse excludat. Et sic tunc practice minister intentionem applicat determinate ei, qui praesens adest. Si vero intendas practice absolvere Paulum excludendo alias personas, absolutio non valet, quia circa aliam personam non exercetur potestas ministerialis: cum ejus exercitium pendeat ab intentione ministri, qui illam non exercet, nisi circa personam, circa quam vult illam exercere.

Excipit Matrimonium, quia ejus valori obstat error circa personam, eo quod obicit valori contractus, in quo Sacramentum fundatur.

Quest. IV. An valet Sacramentum, quando minister habet quae intentiones contrarias, quarum una repugnat ejus volenti?

Resp. Validum est, si debita intentio praevalet intentioni, quae repugnat valori Sacramenti: quia tunc sola intentio praevalet est efficax, & altera est inefficax ac mera displicentia. Secus, si intentio contraria praevalet, ob eandem rationem. Quod si utraque sit aequalis, minister nihil efficit: quia aequaliter vult facere & non facere Sacramentum; ideoque non vult efficaciter illud facere. Porro illa intentio praevalet alteri, quae est magis absoluta, & aliata expelleret, si rem intentam impeditur.

Quest. V. An ad valorem Sacramenti requiritur fides & sanctitas in ministro?

Resp. Neg. Fide constat, 1. Ex Traditione, & consuetudine perpetua Ecclesiae, praesertim Romanae a tempore Apostolorum, quae neminem unquam rite a ministrando, adeoque fide & sanctitate destituito, baptizatum rebaptizavit. Haecque praesens ab Apostolicis manifeste constat: cum neque aliquis Romani Pontificis decreto, neque generalis alicujus Concilii canonice instituta aliquando fuerit, sed ab initio vigerit in tota Ecclesia. 2. Ex Conc. Trid. sess. v. can. 4. de Baptismo. 3. Quia virtus Sacramenti est, & agit ex merito solius Christi, qui per ministrum tantquam instrumentum illud conficit; & potestas conficiendi Sacramentum est gratia gratis data, quae comparabilis est cum peccato. 4. Alioqui cum fides, vel probitas saepe in multis desit, saepe Sacramenta exponerentur nullitati cum ingenti animarum damno: & sic Christus parum Ecclesiae suae providisset.

Hinc error ministri circa sensum formae, non expressus in forma, verbi gratia, quod Filius non sit aequalis Patri, non impedit valorem Baptismi ab Ariano collati. Quia non mutatur forma significatio, quae non ex privato cuiusque arbitrio, sed ex communi usu in Ecclesia recepto petitur. Praeterea ex Conc. Florent. tria solum requiruntur ad valorem Sacramenti ex parte ministri, nimirum ut adhibeat materiam & formam debitas; & habeat intentionem faciendi, quod Christus instituit, vel Ecclesia fecit.

Quest. VI. An minister tenetur esse in habitu gratiae, dum Sacramentum conficit vel ministrat?

Nota. Aliud est conficere, aliud administrare Eucharistiam. Sed in aliis Sacramentis ipsa confessio est simul ministratio.

Resp. 1. Qui Sacramentum in peccato mortali conficit vel ministrat, tanquam ministrat ad id consecratum, vel specialiter ab Ecclesia deputatus, per se loquendo, peccat mortaliter. Ita omnes. Quia 1. Ex tit. 1. dispensator Dei debet esse sine crimine. 2. Ex Patribus. Pro omnibus sufficit S. Augustinus, lib. 2. contra Parmen. cap. 10. Omnia Sacramenta, cum obsequio indigne tractantibus, profecto tamen per eos digni sunt. 3. Ex cap. ult. 29. q. 8. ubi Nicolaus I. ait: Mali bona administrando, se te tantummodo ledunt. Et ex cap. ult. de coh. cleric. ubi Gregorius IX. declarat, conficere, quomodo pro mortali peccato, quoad se ipsum esse suspensum. 4. Ex Rituali Romano imperio & indigne Sacramenta ministrantes in aeterna mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo si fuerit peccati mortalis sibi conficius (quod absit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius coram poenitent. Sed si habeat copiam confessarii, & temporis loquique ratio ferat, convenit confiteri. 5. Quia talis graven irreverentiam irrogat Christo, cujus ut ministri principales personam gerit; & sancta indigne tractat in re gravi: ergo grave facillimum admittit. Item per se gravissima est Indecentia, ac irreverentia, admodum sanctissimum est Indecentia, ac irreverentia, & collativa gratiae quae est moraliter actio Christi, & collativa naturae divinae & filius Dei adoptivus efficitur & exercere in immunditia peccati, & inimicitia Dei. Adde quod sacerdos sit peccatus Ecclesiae minister a Christo institutus, & gratia ordinationis donatus, ut Sacramenta fidelibus digna ministrat: ergo ratione status & ordinis sui, ideoque ex proprio officio tenetur digna ministrare.

Idem dicunt Vasq. Delugo, & alii contra multos de Ministro non consecrato; v. gr. laico baptizante in necessitate. Tum quia textus allati, & Patres generatim omnes ministrantes comprehendunt, nec distinguunt inter ordinatum, & non ordinatum, sollemniter & non sollemniter ministrantem: tum quia est gravis irreverentia in Christum, quod hostis ejus & mancipium diaboli applicet: tum quia iure naturali & divino sancta sancta a quolibet tractanda sunt, & quidem fide gravi in re gravi. Sacramentum autem, quod laicus in necessitate ministrat, est res ex parte sancta & special modo consecrata, & ad gratiam sanctificantem efficiendam instituta, etque moraliter a Christo, ut ministri principalis: Ergo tractari debet specialiter sancte. At non tractat sancte, sed indigne ac irreverenter, qui illud ministrat in peccato mortali.

Hinc confessor, quavis confessiones continenter audivit, tunc peccata mortalia admittit, quod homines absolvit; nam tota Sacramenta numero distilla ministrat, & absolutio singularum est actio externa per se sufficienter consummata. Multi tamen censent, talem tunc unicuique mortale admittit, sed eo gravis, quo plures absolvit.

Dixi, per se loquendo: Quia minister per accidens excusari potest a mortali ob repentinam & inopinatam necessitatem ita urgentem, ut non relinquat spatium elidende contritionis, ut sit sit periculum, ne quis morietur sine baptismo, vel sine absolute, dum sacerdos occuparetur in elidendo actu contritionis.

Resp. 2. Sacerdos vel Diaconus distribuens Cor-

pus Christi in peccato mortali (Vid. N. 80) peccat mortaliter. Ita committit. Prob. 1. Ex textibus supra citatis. 2. Hac dispensatio est lacrum & gravissimum ministerium, ad quod sancte administrandum minister est specialiter consecratus, & specialiter gratiam accipit. 3. Talis graven irreverentiam admittit in Christum, sanctissimum ejus Corpus dispensando, & merita communicando in status, in quo scit se esse Christi hostem & diaboli mancipium. Igitur mundumamini qui ferit vasa Domini, lib. 5a. immo ipsum Dominum.

Hinc talis tot mortalia committit, quot hominibus etiam continue Eucharistiam distribuit; quia tot sunt objecta totalia, & tot sunt indigne distributiones complete & numero distinctae. Multi tamen docent, hunc unius mortalis peccati reum esse, sed eo gravioris, quo plaribus Eucharistiam distribuit. Item triplicis malitiae mortalis in confessione aperiente reus est sacerdos, qui in mortali celebrat, & seipsum communicat; scilicet indigne confectio, & male ministratio, & indigne susceptio, & ab altero indigne susceptio, ut notat Suarez.

Quest. VII. An Diaconus & Subdiaconus peccant mortaliter, dum in peccato mortali propriae ordinis ministeria obeant, v. g. canendo solemniter Evangelium, vel Epistolam?

Resp. Affirmat, Sylvester, Cajetanus, Tolerus, & alii. Probant 1. Ex c. ult. de temp. ordin. ubi Gregor. IX. ait, Sacerdos & alios clericos criminofos occultos, si non poenitentur, monendos esse, & sub interminatione divini iudicii obsequendos, ut in testimonium suae damnationis in suscepiendo etiam ordinibus non ministrent. 2. Ex S. Thom. in 4. dist. 24. quest. 2. art. 3. quest. 5. ibi: Lex (naturalis) praecipit, ut homo iuste ea, quae sunt iusta, exequatur; & ideo quicumque homo, quod sibi competit, ex ordine, facit indigne, quod iustum est, iniuste exequatur, contra praecipium legis (naturalis) facit, ac per hoc mortaliter peccat. Quicumque autem peccato mortali aliquod lacrum officium perpetrat, non est dubium, quin illud indigne faciat, unde patet quod mortaliter peccat. 3. Quia eorum ministerium proxime accedit ad SS. Eucharistiam conficiendam, & ad illud specialiter deputati ac consecrati sunt. Alii tamen plures docent esse dumtaxat veniale, quia censent, materiam non esse adeo gravem, ut sit grave sacrilegium, cum illa ministeria nec sanctitatem ex opere operato conferant, nec sint moraliter actiones Christi, nec ejus nomine fiat. Irreverentia autem est maior vel minor pro maiore, vel minore facilitate actionis facrae, quae exercetur in peccato. Ad e. cit. respondent, Gregorium nihil in specie determinasse, quam grave peccatum sit, singulos ordines exercere in mortali, ideoque ex materia subiecta estimandum id esse, & velle folium, quod sit peccatum grave ex genere suo; vel loqui non de fingulis functionibus, sed de exercitio fororum ordinum toto & integro, quod totum fide mortali esse non poterat, quia iuxta antiquos canones, qui nunc etiam aliquando observantur, ministri altaris communicabant in Missa sollemni de manu celebrantis.

Suarez vero docet, quod si quis haberet animum hunc ordinem saepe exercendi in malo statu, aut habeat confectum, non esset excusandus a mortali.

licite peti & accipi potest ab eo, qui potest hic & nunc eam dignis prestare, licet praevidetur peccaturus, modo adit iusta causa non impediendi ejus peccatum, ut patet in petente mutuum ab usurario ob necessitatem. Minus autem toleratus requiritur potest conteri, & obtinere absolutionem a censura. Qui si faciat quod in se est, ut eam obtineat, nec tamen obtinere possit; tunc juxta multos non peccabit, si requisitus & conterritus Sacramentum habenti jus illud petendi, quia tunc tenetur illud administrare; vel ex iustitia, si fit pastor; vel ex caritate, si petens fit in necessitate saltem gravi. Si vero male ministrat, id ejus malitia, non petitioni imputandum est; nec caritas obligat ad impediendum cum gravi suo damno peccatum proximi, quod ipsemet potest facile vitare.

Dixi, per se loquendo: Nam extra eam extremam, aut saltem gravissimam necessitatem non licet petere nec accipere Sacramentum a ministro tolerato, aperte errorem aliquem ab Ecclesia damnatum proficiente, vel iudicio Ecclesiae in materia fidei renitente. Nam aliqui crearentur scandalum ac periculum perverisionis fidelium, & conciliaretur auctoritas errori.

CAPUT III.

De dispositione necessaria in recipiente Sacramentum.

Quaest. I. **Q**uoniam dispositio requiritur in subiecto ad valorem Sacramenti?

Nota 1. Subiectum Sacramenti est is, qui illud recipit, & est ea, ex ejus effectu recipiendi. Agitur hic de solis adultis; nam in infantibus & perpetuo amentibus nihil requiritur, ut patet ex perpetua Traditione, & praxi Ecclesiae, secundum quam baptizantur infantes. Et vero si necessarius esset aliquis actus propriae voluntatis, non possent salvari.

Nota 2. Certum est, Baptismum susceptum requiri ad valorem aliorum Sacramentorum: tum quia est fundamentum & janua reliquorum, cap. 2. de cognat. spirit. in 6. & ex Conc. Florentino; *Vita spirituali janua est, per ipsum membra Christi, ac de corpore efficiuntur Ecclesia*. Tum quia Concilium Nicenum I. cap. 19. statuit, ut clerici invalidi baptizati rebaptizentur, & iterum ordinentur. Idem habetur c. 1. de Preib. non bap.

Resp. 1. In adulto recipiente Sacramentum ad ejus valorem necesse est, ut non habeat voluntatem contrariam ejus receptioni, excepta Eucharistia, quae consistit in re permanente, & subsistit extra usum. Constat, tum ex sensu & praxi Ecclesiae; tum ex cap. *Maiores de Bap. ubi Innocentius III. ait: Ille vero qui nunquam confertis, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit Sacramenti*. Inno. requiritur positiva aliqua (Vid. N. 274. 275.) voluntas recipiendi Sacramentum. Ita committitur. Prob. 1. Ex cap. 77. de consecr. dist. 4. Et ex Conc. Carth. IV. cap. 76. & Arauc. I. cap. 12. quae ad Baptismum conferendum aegrotis voluntatem suam significare non valentibus, exigunt testimonium aliorum, quo constat, eos prius voluisse baptizari. 2. Ex praxi Ecclesiae. 3. Ex Rituali Romano exigente ad Baptismum adulti desiderium Baptismi. Quod etiam a fortiori requiritur in aliis Sacramentis, quae non sunt tam necessaria quam Baptismus.

Ratio est institutio Christi, qui convenienter voluit, ut nullus adultus, qui rationis usum habeat, sanctitatem, vel ejus augmentum acciperet, nisi ipse consentiat in suam sanctificationem; ac proinde noluit, ut Sacramenta, quae ad sanctitatem dandam vel augendam instituit, adulto sine suo consensu valerent. Nam ex Conc. Trid. sess. 6. c. 7. *Justificatio est sanctificatio & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae & donorum*. Hinc S. Thom. 3. par. quaest. 68. art. 7. ait: *Si in adulto desset intentio suscipiendi Sacramentum, non esset baptizandus*.

Resp. 1. In recipiente Sacramentum ad ejus valorem sufficit intentio habitualis, seu voluntas illud recipiendi praeterita, non retractata, exceptis duobus. Prob. 1. Ex Conciliis & Rituali supradictis; percipientibus ut baptizetur moribundis senibus & ratione defuitus, modo constat de praeterita ejus voluntate. 2. Ex perpetua praxi Ecclesiae, quae non reiterat Baptismum & Ordines eius, qui illa susceperunt in mortali & in haeresi, sed cum sola voluntate recipiendi, est praeterita.

Excipit Penitentiam, quia actus penitentis sunt ejus materia; & Matrimonium, quia ad valorem contractus requiritur consensus saltem virtualis.

Quaest. II. **Q**uoniam dispositio requiritur ad effectum Sacramenti?

Nota. Effectus communis omnibus Sacramentis duplex est. Primus est gratia sanctificans, seu habitualis, major vel minor pro dispositione subiecti, & consistit eo instanti, quo Sacramentum sumitur. Secundus sunt gratiae actuales, quae immiti Sacramenti suscepti opportuno tempore conferuntur ad obtinendum finem proprium cujusque Sacramenti, nisi suscipiens illis se postea indignum reddat peccatis suis, vel obicem ponat: unde vocantur Gratiae Sacramentales. Praeter hos effectus, tria, scilicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo characterem imprimunt, ideoque iterari nequeunt.

Resp. 1. Ad characterem recipiendum sufficit voluntas habitualis recipiendi Sacramentum. Nam haec sufficit ad valorem Sacramenti, respecta recipientis; & dispositio quae sufficit ad valorem Sacramenti, sufficit quoque ad impressionem characteris.

Resp. 2. Ad gratiam sanctificantem recipiendam in quinque Sacramentis vivorum, praeter intentionem habitualemente requiritur status gratiae, non autem in aliis duobus, quae mortuorum dicuntur, nempe Baptismo & Penitentia, in quibus aliae dispositiones requiruntur. Quia priora instituta sunt ad conferendum augmentum gratiae sanctificantis, alia vero ad eam dandam: ac proinde priora per se & ex institutione sua, saltem primaria, supponunt & exigunt gratiam jam acceptam, ut illam augeant; nam augetur id quod jam adest; alia vero non.

Hinc qui sibi conscius est peccati mortalis, graviter tenetur sibi gratiae statum comparare antequam recipiat Sacramentum vivorum. Nam est grave sacrilegium ponere obicem gratiae, cum enim Christus instituerit Sacramenta, ut essent efficacia gratiae signa, qui illa recipit ponendo obicem gratiae, quantum in se est, inanem & fallam reddit eorum significationem, & abicitur institutione Christi, cui factio suo illudit.

Sed an talis tenetur confiteri, quantumvis sibi perfecte contritus videatur.

Resp.

Resp. Id certum est de Eucharistia; de aliis aliqui etiam affirmant, longe plures de jure communi negant. Quia 1. Conc. Trid. sess. 13. c. 7. docet solum ob Eucharistiae perceptionem praecipui confessionem, nulla facta mentione aliorum. Et sess. 24. c. 1. solum hortatur sponso, ut ante matrimonium confiteatur. 2. Ex Pontificali Romano: *Adulti debent prius peccata confiteri, & postea confiteri, vel saltem peccata, quae admisserunt, doceant*. Non est autem major obligatio in aliis. 3. Rituale Romanum dicit solum de Sacerdote mortalis culpae sibi conscius: *Ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde peniteat: sed si habeat copiam confessarii, & temporis locique ratio statet, conventi confiteri*. Quia non reperitur tale praecipuum divinum, vel humanum saltem commune in ordine ad alia Sacramenta suscipienda; Jamem confessio videtur ex institutione Christi praebere Extrema Unctio, cum haec sit Penitentiae completivum.

Ceterum cum Sacramentum Penitentiae majorem certitudinem gratiae, & meliorem dispositionem con-

ferat, sufficiens est causa semper confessionis praemittenda; haecque est communis fidelium praxis. *Cum Sacramenta administranda non est, ait Catech. Rom. p. 2. c. 7. num. 59.*

Resp. 3. Ad gratias actuales Sacramentales, quas nempe Deus singulari Sacramentis ad finem cujusque proprium assignandum innoxit, recipientes, duo requiruntur, 1. Ut eo tempore, quo homo ea auxilia recepturus est, sit in statu gratiae; nam hic effectus non datur, nisi ut consequendus gratiae sanctificantis; & qui est in peccato, redditur indignus supernaturalibus donis; unde in illo statu nullum habet jus ad talia auxilia. 2. Ut is non ponatur obex per dispositionem actualem ipsi repugnantem.

Resp. 4. Praeter voluntatem recipiendi Sacramentum, & statum gratiae, reverentia Sacramento debita exigit devotionem actualem, quae quanto major erit, tanto uberius gratiam percipitur; nam Sacramenta gratiam conferunt secundum propriam cujusque dispositionem. Ex Conc. Trid. sess. 6. c. 6.

